Stephanus

Dei gratia REX Poloniæ magnus dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Masoniæ Samogitiæ Livoniæqꝫ etc. Transylvaniæ PRINCEPS Significamus præsentibus literis nostris quorum interest universis et singulis harū
notitiam habituris Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorū pro Famatis civibus nostris Wieliczien̄ interposita. Eosdem in usu fructu et possessione pacifica Exigentiæ et Solutionis Foralium con-
servandos relinquendos duximus Quemadmodum motu et explenitudine autoritatis nostræ Regiæ conservamus et relinquimus præsentibus hisce literis nostris perpetuæ et in ævum duratū. Hac tamen præ-
cipua ordinatione et consuetudine antiquitus recepta Quod quicumqꝫ hominum cuiuscumqꝫ status et conditionis fuerit. (Excepta Equestris Ordinis ac Spiritualiū libertate) cuius cumqꝫ generis ac spe-
ciei res vendendi aut commutandi causa die Fori Septimanalis in Sabbato tantum celebrari solit. in Civitatem Wieliczien̄ magni Salis nuncupat. adduxerit ad Solutionē Foraliū medii grossi usualis tene-
bitur idqꝫ a singulis curribus specifice intelligendum est. Qui vero Pedester in se ipso quidpiā rerum ob dict. cām attulerit. ternarium solvere cogitur. Ollis tamen et pisabus exceptis. a quibus recepta anti-
quitus consuetudine grossus usualis pendi solitus est. Exigentiam vero dictorū Foraliū. uti ex antiquo ita et in posterū Magistratui Civili Wieliczien̄ assignamus nullamqꝫ aliam in rem et in usus privatos
hanc talem pecuniā ex hisce Foralib. provenientem quam in reparationē ipsius Civitatis Wieliczien̄ converti et exponi volumus. Ne tamen eiusmodi Exigentia et Solutio præfatorū Foraliū antiquitus
observari solit. a quibusdam hominibus eludatur. atqꝫ impediatur. Statuimus Si quispiam hominū ab eius solutione se subducat. et illud nō solvat. confiscatione earū rerū quas vendendi causa appor-
taverat. mulctandus erit. Citra tamen damnum et præiudiciū vicinorū Civitatū et Oppidorū aliorumqꝫ subditorū nostrorū. Iuris item communis legumqꝫ et Constitutionū Publicarū aliquod præiudicium.
IN quorum omnium præmissorum fidem evidentiusqꝫ testimonium præsentes lrās manu nrā Subscripsimus Sigillumqꝫ Regni nri ... appendi iussimus. Datum Varsoviæ in Convocatione REGNI
nri generali die Vigesima secunda Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Nono Regni nostri anno Quarto.

Stephanus Rex

Joes Biczuulth sspt

1579

Numero 10me

+

N° 25. Dyplom

Privilegium Stephani Regis Poloniae super feralia Civitati Vieluen: concessum.

Ao 1679.

N° 8

N° 6to

Producti in Senatum

Privilegium super Feralia.